

ARA VOTIVA,

Quam

Honori ac Felicitati

*Reverendissimi Serenissimiq³ Principis ac
Domini,*

DN. CHRISTIANI,

Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, Po-
stulati Administratoris Episcopatus Martisburgen-
sis &c,Patriae Patris Laudatissimi, Domini sui Cle-
mentissimi,*Ipsò Natali Sexagesimò,**Die XXVII. Octobr. Anni, quò vovemus:*

DOMVI Saxonicae Vita & gloria! 1574

solennissimè celebratò

*Humillima sua obsequia testaturum**erexit ac dicavit*

LYCEUM Martisburgense,

Auctore

M. FRIDERICO HILDEBRANDO, ej. R.

MARTISBURGI,

Literis CASPARI FORBERGERI, Typogr. Ducal.





S Alve, *Saxonica Gentis Decus, inclute Princeps,*
Salve, nec facilem votis fidibusque Thalix,
Natali bona verba Tuo quæ dicere gestit,
Aurem Animumque nega, *Dux Clementissime, Votis,*
5. Quæ repetita feri montes vallesque reductæ
Ad celsas referent Arces, non ambigo, *Coeli.*
Inter victrices, Procerum quibus Ordo coronat
Tempora, ne prohibe Lauros Tibi serpere circum
Frontem Hederas, hodiè supplex, tua Cura, *Lycæum*
10. Quas nectit sacratque Comis, cum scilicet Aula
Sacra cum Cathedra, Natali Principis horâ,
Vota crepet, cum Nobilium modò Purpura felix
Tura ferat, cum Cive bono pannosus Agrestum
Grege vultu cultuque novò sua gaudia, præter
15. Testetur solitum lætus, suspendere mutò
Poste fides Charis ipsa verat, Tacitæque Docentum
Rostralitent, aliàs haudquaquam assueta silenti,
Jus & Fas prohibent: quòd enim mea Dextera motat
Hos Martisburgi Calamos, quòd & incrementis
20. Gaudet Ephebeum, vel cælo teste, potenti
Principis auspicio debet, *quò Principe salvò,*
Illius res salva, Decus salvum, Omnia salva.
Quid? dubium indubium est, laudi decorique recenti
Gratia *Patroni tanti,* freudente Theone
25. Nequicquam, adjiciet: neque enim cœlestibus Oris
Gratior hac Curâ cura est, quæ curat, ut Ora
Pectoraque Ætatis teneræ malè barbara discant
Et sapere, & fari. Fiet? Lætissima plausum
Patria sic tollet gratoque aget ore *Tonanti*
30. *Christianoque DUCI* grates. At Cynthius aurem
Vellit, & hos, inquit, Calamos, cape plectraque, plectra,
Saxona queis Heroa canas, Heroaque facta
Majorum, quæ Taubmanni cecinere *Columbæ,*
Quæque fatigarunt nuper *Rappoltida Suadam*
35. Tàm pariter Suavem atque Gravem. Quid? an anser O lores,
Inquam, inter miseris disperdam ego Carmina cannis?
Tanto non par est oneri, cui publica vena est,
Cui stipula stridens, neque Mens divinior, atque os
Magna sonans, nemo, quàm sit mihi curta supellex,

40. Præter

40. Præter me melius novit, res tanta Marones,
 Poscit, non Bavius, at mens dum fluctuat, hærens
 In dubio, audacem vestri facit Aura favoris
 Me trepidum Vatem, benè res habet, *Auditores,*
 Quos Virtus, Virtutis, Honos, comes arduaque Astris
45. Adscribit Doctrina, benè est, jam lætior Arma
 Expediam, vires animumque, ita quæso, canenti
 Suffice, Rex Superùm, cujus stat Numine tellus,
 Stant Regna & latè Res publica priva que floret,
 Floreat! In primis primâ dicende Camœnâ,
50. Te me amplectra canant, *Sapiens Friderice,* Piorum
 Te Gemmam Stellamque Ducum, *Dux Maxime,* charta
 Semper victura scribat memori que tabella,
 Cui manus est: etenim rasæ dementia turbæ
 Cùm, sacro ad tineas damnatò Codice, passim
55. Somnia pro Veris mendaci funderet ore
 Impune, & latè Latiò Duce & Auspice Cacò,
 Spargens innocuis animis nocitura venena
 Doctrinæ, Licitatori cœlumque Deumque
 Venalem offerret rabies Tetzelia nummis,
60. Tum justò incensus Zelò Lutherus: Ad Arma
 Christigenùm, Dux ipse Gregis, vocat Agmen; ad Arma!
 Hostis adest, loculos qui multò exenterat ære
 Turgentes, animasque rudes demergit abyssò
 Tartarea, vendens veniæ spem, sanguine JESU
65. Quæsitam, fulgente luto, ridetur avitæ
 Religionis honos, fingit nova Numina, fingit
 Vana Superstitio priscis non credita seclis,
 Non seclis audita, quibus, caligine pulsa,
 Totum illustravit Fidei fax purior Orbem.
70. Hydram hanc Lernæam Verbi fas esto nitenti
 Aggredier gladio; Aggrediar, rugiente Leone
 Incassum, cœptis DEUS, auguror, aspirabit.
 Sic Ille, at, veluti Teucrum Telamonius Ajax
 Ingenti textit Scuto, cùm plurima Teucrùm
75. Corpora dejiceret telis, sic mascula Virtus
 Lutheri sub tutela scuto que potentis
Fridrici Ducis aggressa est feliciter hostem,
 Ac palmam retulit, Calamo Victore Leonis.
 Hoc tanto tandem ad Superos Ajace vocato,
80. Surgit Joannes Frater, Cognomine *Constans,*
 Constanter constante Fidem tutatus inermem
 Præsidio, rerum Domino quo Principe, Rura,
 Nescio queis, furiis incensa agitata que passim
 Optima turbârunt mirè misereq; Regentùm

85. Consilia, at nullis vis victa Heróa periclis
 Ortos oppressit dextrâ felice tumultus.
 Tum Constans tua successit sub mœnia, Saxo,
 Olim Vindelicis habitata *Augusta* Colonis,
 Et diras iras nihil aut promissa moratus
90. Cæsarís, ipsius Papæ quoque fulmina ridens
 Clementis, non clementis, mandata tabellis
 Dogmata, divino Verbo conformia, præsens
 Præsentí exhibuit Tibi, *Carole*, fassus & Ore
 Et Scriptó, lapsura prius fulgentia cœlò
95. Sidera, quàm veris mens unquam averfa Cuculli
 Commentis subscribat. Amor mihi pluris JESU
 Ac Veri, quàm quicquid opum capit Orbis uterq;
 Imò vel cœli cervicibus illabatur
 Machina, non pavidum tangent ferientque ruina,
100. Sic ait, & constans animi constanter adhæret
 Partibus adversis Latio, constanter ad urnam
 Usque tuas, Luthere, Theses cum laude tuetur.
 Tanto Huic Alcides alter successit Atlanti,
Ian Fridericus, Amor cœli Patriæque Patrisque
105. Exemplar vivum, tam re, quàm nomine Princeps
Magnanimus, qui magnò animò fecitque tulitque
 Plurima, Victoris Victor (Patientia fortis
 Adversæ victrix non vi, non vincitur armis)
 Vulneribus simul ac vinclis ultrò obtulit ora,
110. Defensor fidei, palmasque, en! altera vinctum,
 Ajebat, minimè cogent quinquennia nugis
 Papæ, à Luthero fusi, subscribere, nugis,
 Mecum quas damnant Sacri suffragia Verbi,
 Tenè ego, Te belli Fulmen, Te, Martia proles,
115. *Maurit I*, taceam, primo quem flore luventæ
 Abstulit hostili relò Libitina, gemente
 Saxoniâ? Num Te sileant mea, *Dux Auguste*,
 Barbita, cui quondam fuit augustissima Cura
 Fundare & ditare Scholas, Pietatis Alumnas?
120. Nec *Christianorum* Pietatem Factaque, plectris
 Mæoniis memoranda, canat mea Pieris audax?
 Crenam hujus Calami superant tot tantaq; rerum
 Pondera. Virtutes memorem laudesque *Georg I*
Primi, hodiè cujus Soboles excelsa paternæ
125. Virtutis Sceptriq; Hæres æquissima frenos
 Divisi regit Imperii? Num dicere focco
 Facta Sophocléis ausim dicenda Cothurnis,
 Ausim tantarum laudum præconia culpa
 Deterere Ingenii? Minimè. Philyréus Apollo

130. Tanto par oneri Numeris Capita incluta Factis
 Inferat Astrorum Templis, mea Castalis uni
 Christiano, Domino nostro, saliente litabit
 Mica, Panchaicò tenui sibi Ture negatò,
 Præcipuè cum *Natalis Lux* orta Serenam
135. Supplice, Fas ipsum jubeat te cingere Frontem
 Aut Laurò, aut Hederà, mecum cui contigit ævum
 Ducere tranquillè tanti sub Principis Umbra.
 Si vis Ingenii, si vis foret enthea rari
 Eloquii, si Vox mihi, si Lyra, Thracius Orpheus
140. Quà solitus lenire tigres & ducere quercus,
 Te canerem laudesque tuas, *Dux Maxime*, voce
 Ac fide, qua Dircaus Olor Regesque Deosque,
 Ut perhibent, cecinit, Vatum mirante Corona.
 At non tanta mihi vis, non Lyra, simplice supplex
145. Dextra stylo tantùm attinget fastigia rerum
 Virtutumque, quibus tantùm, *Celsissime Saxo*,
 Frontem inter primos effers summosque Regentùm,
 Inter coniferæ quantum viburna Cupressi
 Verticem, & errantes inter Sol emicat ignes.
150. *Majorum Magnique Patris* Tibi plurima Virtus,
 Princeps, vi nulla Statuas Monumentaque ponit
 Vertenda, in primis Ipsi Pietatis amo rem
 Vultus tam placidi spirant Ducis, aurea Phœbe
 Ceu primis tenebris cum surgit pura, serenos
155. Non fallax spondet cœlos, ita Principis Ora
 Frons, Oculi fraudis puri fore talia spondent
 Et Facta & Mores, Mores, queis pronior Æther
 Lætetur. Tu tolle tuas, quas Turribus octo
 Condis opes, *Mogul*, Terris, *Sultane*, timorem
160. Incute, quas colit Europæque Asiæque colonus,
 Ditis, Te, *Sungte*, Sinæ modò pronus adoret
 Incola, felices nemo Vos dixerit, oreus
 Quos rapit & lethum non exorabile mergit
 Sulphureis stagnis, cum sit mera fabula vestra
165. Relligio Pietasque scelus, Christiana, remotis,
 Quæ colitis, monstris Probitate Fideque tenaci
 Mens recta petit Astra. DEUS, da pulchra Regentùm
 Jugiter immotis studiis exempla secuti,
 Indomito domito victoque Cupidine carnis,
170. Vitam vivamus fœdo sine crimine, vitam,
 Quæ facile effugiat morsum dentemque Theonum.
 Nec sola est Pietas, nostri quæ pectora flammant
 Principis, Astrææ reducis primaria sedes
 Hic est, hic solium fulgens, hic Illius Ensis

175. Hic

175. Hic Libra est, æquâ pœnas & præmia lance
 Distribuit Minos, si quis malè jussa Tonantis
 Despiciat vivatque sibi scelerumque volutet
 Se coenò de gente Caci, vel carcere culpæ
 Vindice, vel ferrò meritis æquissima pendit
180. Supplicia, Infonti Scutum hîc, & Portus, & Ara,
 Contrà auro haut averfa manet sua pœna nocentem,
 Nec fonti patet ulla Domus, licet ostia pulter
 Ære gravi dextrâ, cedat fugiatque, Sacerdos
 Eunomies inquit, cedat: nam Cynthus undis
185. Hesperiiis merfus referet lucem ante diei,
 Munere quàm flectar, mea quàm suffragia solvant
 Criminibus vinctum, sic *Dux meus* imperat, æqui
 Et Juris rigidus Tutor, velut Æacus alter,
 Alter Aristides, unde hos invisa malorum
190. Ilias & questum jamdudum Injuria fines
 Deferuit, comitem cui se foedissima junxit
 Ebrietas, tam latè aliàs Regina per oras
 Teutonicas Aulasque, gulæ cui plurima cura est
 Cyclopi, cui Tarquato spumantia vino
195. Aut Zytho volupe est invertere pocula, nullus
 Hic locus est, portis ipsis foribusque Palati
 Inscriptum: non frugi homini, cui Sacra profanis,
 Cœlica terrenis mos est postponere, clausa
 Hæc Domus, huc dictu quicquam visuque nefandum
200. Ingredier *Christiana* vetat Pietasque Fidesque,
 Invisum Superis scelus hac, hac exeat Aulâ,
 Cui lusus peccare, jocus violare tremenda
 Jura sacræ Legis; quod si malè provida fortè
 Delinquant genera Evigenum, Jus temperat Æquo,
205. Jus summum, ferroque *Ducis Clementia* parcit,
 Pronior ad veniam, quàm fulmina, vincula, damna
 Infigenda Reis, quare sub Principe tali,
 Tali sub Domino, vitæ cui contigit auras
 Carpere, nec Bactris pingvissima Rura, neq; Indis
210. Ostroque & gemmis fulgentes invidet Arces:
 Has etenim gentes, multò licet ære beatæ,
 Marmoreis habitent palatia fulta Columnis,
 Immani infames vexant feritate Tyranni
 Carnifices, onerantque jugo multiplice seruas;
215. Nos molli regimur frenò modò, *Saxone Rege*,
 Qui facili nutu & laxis moderatus habenis
 Publica, supplicibus parcit, Clementior ipso
 Cæsare, naturâ miti & clemente, Süadâ
 Testante Ausoniâ, Quare *Natalia tanti*

220. Tamq̃

220. *Tamque boni Ducis ac Domini* celebremus ovantes,
 Cum puero florente Senes, cum Prole Parentes,
 Et meriti memorem Tabulam suspendere jussi
 In Templo Charitum, gratæ munuscula mentis
 Grates, tam gratas cœlo, solvamus & omnes
225. Malleolò ardentis voti feriamus Olympum,
 Sub dio & tecto, primâ face; luce precati:
Optimus DUX Optimorum vivat inter optimos
 Optimè, feliciterque transigat vitæ dies,
 Annuente prorogatos Conditore siderum,
230. *Vivat!* Ipsiusque Numen Cœpta & Acta prosperet,
 Numen, à cuius benignis, non benignis nutibus,
 Prospera atque adversa pendent, cuius ad liberrima
 Affluuntque refluuntque spes, opes, arbitria,
 Spes opesque auras trahentùm, *Patriæ vivat Pater*
235. *Christianus, Christiana, Christiani Principis*
Illæ Cor, Decus, Voluptas, Vivat! ulla nec pede
 Invidò stantes Columnas Morta prouat, pede,
 Quò Ducum Turres Potentùm, quò tabernas Pauperum
 Pultat. Et *Rutæ virentis bis quaterna Germina*
240. Usque floreat, virescant, quæque Virtus Tempora
 Tam decora, tamque honora, ceu merentur, ambiit
 Jugiter virente laurò, non edacis asperet
 Ruga curæ, non doloris ulla acerbitas aret.
 At, Thalia, non potentis, Vate me, potens Lyræ,
245. Claude rivulos, Süada promptior, disertior,
 Poscit has partes canendi, *Principum Natalia*
 Postulant Andina (cannas submoveto) Barbita,
 Saxona plaudente Gente, Vota tantùm reppete,
 Ter quaterque Vota celsis reppetenda Rupibus:
250. *Christianus, Christiana,* cœlo amica Pectora,
Floreat Vroantque! Fiat! adde, Fiat! ò DEUS,
 Fiet, ò Deus Triune? Nuda sic Arantium
 Turba simplicis labelli supplicisque murmure
 Gratias solvet merenti, cum togatis Civibus,
255. *Latus Angustusque Clavus* parget Hymnos. DIXIMUS.

Schluss

19 3/35 **Schlus-Lied.**

1.
Du allein Freuden-Lied erschallen/
 Hoherfreutes Fürsten-Land/
 Deinem Herren zu Gefallen/
 Der dir heut die Gnaden-Hand/
 Der mit hohem Fürsten-Schutz
 Dich umgiebt zu deinem Nutz.

2.
 Brich herfür mit Freuden-Stralen/
 O du frohes Sonnen-Liecht/
 Unsre Gränzen zu bemahlen/
 Jetzt/da man ablegt die Pflicht.
 Alles seinem Herrn zu Ehren
 Läßt/ein fröhlich's Vivat! hören.

3.
 Was die Fürsten-Sonn erleuchtet/
 Volle Freude spüren läßt/
 Was der nächste Strom befeuchtet/
 Wünschet/daß wir dieß Freuden-
 Fröhlich und ohn sauersehen (Fest/
 Viel / ja viel / vielmal begehen.

4.
 Der den Ehren-Purpur trägt/
 Wünschet/was er wünschē kan/
 Der ein grobes Tuch anleget/
 Rufft: mein Herr / Fürst
 Christian /
 Lebe lange/ lange/ lange/
 Glück un' Heyl Ihn stets umfangē.

5.
 Daß man Gottesfurcht hoch ach-
 Hast die Laster/ fleucht den Neid/
 Der Gerechtigkeit nachtrachtet /
 Liebt und lobt die Mäßigkeit/
 Daß auch muntre Musen-Freunde
 Weißheit ehren / der Thorheit Fein-
 de /

6.
 Daß der handelt / jener pflüget.
 In so süßer Friedens-Ruh/
 Schreiben wir/ganz wol vergnüget/
 Gott und unserm Fürsten
 zu /
 Unter deren Schutz und Schirme
 Lachen wir der Unglücks-Stürme.

7.
 Drum was auch in fernem Lande
 Dieses Tages-Liecht anschaut /
 Gleich dem/ was am Salenstrande
 Seine feiste Felder baut/
 Sol und wird das Lob vermelden
 Dieses grosse Sachsen-Heldē.

8.
 Fama/nimb die Ruhm-Trompete /
 Spare / Maro / keinen Fleiß /
 Setze bey die Morgen-Röthe
 Unsers Fürsten hohen Preiß/
 Eil und richt auf Ehren-Zeichen /
 Die der Blut und Blut nicht weichen.

9.
 Nun für dir/ Gott aller Götter /
 Beugen wir jetzt unsre Knie
 Wünschend/ daß das trübe Wetter
 Alles Unglücks flich und zieh
 Hin/wo keine Kräuter wachsen
 Segn / o Gott / das Hauß der
 Sachsen

10.
 Ob uns denn gleich dieses drückt /
 Jenes setzt in Traurigkeit /
 Uns die Hoffnung doch erquicket/
 Daß mit Gott un' mit der Zeit
 Alles das / vielleicht behende/
 Kommen wird zum guten Ende

11.
 Himmels-Herr / dich zu uns neige /
 Gönn' uns unser Bißlein Brod
 Unter diesem Kauten-Zweige
 Segne/kron /erhalt o Gott/
 Die Gemahlin/ Fräulein/
 Prinzen
 Samt den Ländern un' Provinzen.

12.
 Daß der Kautenstamm stets grüne/
 Weil die grüne Danne grünt.
 Ihn der Himmel gleichsam diene /
 Weil dem Himmel wird gedient /
 Gott / du wollst nach deinem
 Willen
 Diese unsern Wunsch erfüllē.

nc

1077

Dr. 17, 3

cat. I, 799

X 2002538

Xa
3135

ARA VOTIVA,

Quam

Horatius Felicitati

Reverendissim

ncipis ac

DN. C.

ANI,

Ducis Saxoniae, J
stulati Admini

ntium, Po-
rgen-

Patriae Patris L

i sui Cle.

Die XXVI

DoMVI SaX

Lorla!

1674.

Humillima

urum

LYCEU

M. FRIDERI

o, ej. R.

Literis CASPA

Ducal,



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)